Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



CXXXIX

nias uite; replebo me
letitia cum facie tua.
Alla: Emitte. Alla: Noli nos
relinquere orphanos uadere et ue
niam ad nos et gaudebit cor nostrum.
In illo t. Factum lucam.
est in una dierum; et ipse
sedebat docens. Et erant
pharisei sedentes et legisdoc
tores qui uenerant ex omni
castello galilee et
iudee; et uirtus domini erat
ad sanandum eos. Et ecce
uiri portantes in lecto hominem
qui erat paralyticus; et
querebant eum inferre et ponere
ante illum. Et non inuenien
tes qua parte illum in
ferrent p turbam; ascenderunt
super tectum et p tegulas eum
miserunt illum cum lecto
in medium ante iesum. Qui in
ferens ut uidit dixit. Homo:
remittuntur tibi peccata tua.
Et cepunt cogitare scribe
et pharisei dicentes. Quis est
hic qui loquitur blasphemias?
Quis potest dimittere peccata nisi
solus deus? Vt cognouit autem
ihesus cogitationes eorum;
respondens dixit ad illos. Quid
cogitatis mala in cordibus
uestris? Quid est facilius
dicere. dimittuntur tibi
peccata. an dicere surge et am
bula? Vt autem sciatis quia
filius hominis potestatem habet
in terra dimittendi peccata;
ait paralitico: Tibi dico
surge tolle lectum tuum;
et uade in domum tuam. Et
confestim surgens coram
illis tulit lectum in quo ia
cebat: et abiit in domum
suam magnificans deum.
Et stupor apprehendit omnes;
et magnificabant deum.
Et repleti sunt omnes timore
dicentes. Quia uidimus mi
rabilia hodie. Offertorium Lauda
ania mea dominum laudabo dominum in
uita mea psallam deo meo quandiu
Sacrificia secreta. eo alla.
Oremus domine tuus oblata
conspectibus tuis ut ille di
uinus assistat. quod discipulorum
xpi filii tui corda p spiritum
sanctum succedit. Qui t. ea.

153